

VII

1245-VIII-8, Sitio de Jaén.—Fernando III concede a Mula el fuero de Córdoba.—(Publ. por Acero Abad, Nicolás. *Historia de Mula*, Madrid, 1886 pags. 166-168, y Ortega, Pablo Manuel, *Descripción chorográfica del sitio que ocupa la provincia regular de Carthagena de mi P. San Francisco*, edic. de José Ortega Lorca. Murcia, 1959, págs. 346-7)

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Ferdinandus, divina gratia rex Castellae, Toleti, Legionis, Galletiae, Cordoba et Murtiae ex assensu et beneplacitu reginae dominae Berengariae tamen genitricis meae, una cum uxore mea regina Joanna, et cum filiis meis Alfonso, Federico et Henrico, facio cartam donationis, concessionis, confirmationis et stabilitatis vobis concilio de Mula, praesentibus et futuris perpetuo et irrevocabiliter valituram. itaque vobis concedo ut habeatis forum Cordubae totum integre, sicut dedit illud et concessi concilio Cordobae, insuper concedo vobis ut habeatis vexillum, et signillum, et quod nullum pedagogum detis, sive portazcum in toto regno meo, nisi in Murtia et Tolleto. Haec inquam omnia do et concedo, vobis ut ea semper habeatis, et in aeternum possideatis pacifice et quiete. Et hujus meae concessionis et confirmationis pagina rata et stabilis omni tempore perseveret.

Si quis vero hanc cartam infringere, seu in aliquo diminuire praesumpserit, iram omnipotentis Dei plenarie incurrat, et regiae parti mille aureos in cauto persolvat, et damnum super hoc illatum vobis concilio de Mula restituat duplicatum.

Facta carta in exercitu iuxta Jaen octavo die Augusti, era millessimi duocentessimi octoagesimi tertii.

Et ego prenomatus Rex Ferdinandus regnans in Castilla, Tolleto, Legione, Gallitia, Corduba et Murtia, Badallotio et Beatia hanc cartam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo.

Rodericus, archiepiscopus Tolletanus Hispaniarum Primas, conf.— Infans Alphonsus, frater domini regis, conf.—Ioanes Compostellanus archiepiscopus, conf.

Ioanes Burgensis episcopus et domini regis cancellaris, conf.—Tellus Pallen-



tinus episcopus, conf.—Gonzalvus Conchensis episcopus, conf.—Bernardinus Segoviensis episcopus, conf.—Ferrandus Segontinus episcopus, conf.—Oxomensis vacat.—Benedictus Abuleti episcopus, conf.—Aznarius Calagurritanus episcopus, conf.—Cordubeti vacat.—Dominicus Beatienti episcopus, conf.—Adan Placentinus episcopus, conf.

Alphonsus Lupi, conf.—Rodericus Ferrandi, conf.—Alphonsus Tellis, conf.—Gonzalvus Gonzalvi, conf.—Nunñius Gonzalvi, conf.—Rodericus Roderici, conf.—Simon Roderici, conf.—Alvarus Egidii, conf.—Ioanes Garciie, conf.—

Petrus Zamoreti, episcopus, conf.—Martinus Salamantinus episcopus, conf.—Petrus Astoricenti episcopus, conf.—Michael Ludeti episcopus, conf.—Laurentinus Aurenti episcopus, conf.—Martinus Mondonienti episcopus, conf.—Lucas Tudenti episcopus, conf.—Santius Cauriensi episcopus, conf.—(1) Rodericus Ovetensis electus, conf.—Nunius Legionis electus, conf.

Rodericus Gomeci, conf.—Rodericus Ferrandi, conf.—Rodericus Frolez, conf.—Remigium Frolez, conf.—Petrus Ponti, conf.—Ferrandus Ioanes, conf.—Sebastianus Gutieri, conf.—Alvarus Didaci, conf.—Pelagius Petri, conf.—Ferrandus Goncalvi, maior merinus in Castella, conf.—Garcia Roderici, maior merinus in Legione, conf.—Nuñius Ferrandi, maior merinus, in Gallitia, conf.

Don Fernando Rex Castellae, Legionis, Tolleti, Gallitiae, Cordubae et Murtia. Didacus Lupi de Haro, alferes domini regis, confirmat. Rodericus Gonzalvi, maior-domus Curiae regis, confirmat.

VIII

1245-VIII-8.—Sobre Jaén.—Infante don Alfonso a Mula. Privilegio rodado concediéndole el fuero de Córdoba. (Publicado por Acero Abad, Nicolás, **Historia de Mula**, Madrid, 1886, págs. 171-3)

Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego Infans Alphonsus illustris regis Castellae, Toleti, Legionis, Gallitiae, Cordubae et Murtiae, primogenitus et heres ex assensu et beneplacitu illustris regis patris mei et illustrissimae reginae dominae Berengariae avae meae, facio cartam donationis, concessionis, confirmationis et stabilitatis vobis concilio de Mula praesentibus et futuris

(1) Dada la deficiente transcripción, no hemos vacilado en añadir a León y Oviedo, que transcribe e incluye el P. Ortega, y que faltan en Acero.

